

sacerdos, sive unus de sacerdotibus, qui fuerint in prædicta Ecclesia sancti Syli pro tempore debeat præstare successive manualementem obedientiam capitulo Alexandriae. Et promiserunt prædictus Procurator suo nomine, & prædictorum fratrum, & successorum suorum prædicto Domino Archidiacono, & Cantori nomine, & vice capituli Alexandrini attendere, & observare, & attendi, & observari facere a suis, & . . . . . omnia prædicta . . . . . & quod non impetrabit, nec impetrari faciet . . . . . aliquod rescriptum . . . . . pro quo, vel pro quatenus Ecclesia Alexandrina non haberet . . . . . est per dictum fratrem, sive procuratorem conventum, & promissum, & pro quo, vel quatenus ipsi fratres, sive Ecclesia sancti Syli immunitatem habet . . . . . dicta solutione, & obedientia, & consensu ceterorum . . . . . curabit omnia prædicta confirmari a Domino fratre Bertramo magistro Ordinis Umiliatorum, & pro prædictis omnibus, & singulis attendendis, & observandis obligavit dictus Procurator omnia bona Ecclesie sancti Syli, & ipsorum fratrum prædicto Archidiacono, & Cantori nomine dictae Ecclesie. Et ibidem dictus Archidiaconus consensu, & voluntate prædictorum de capitulo, & ipsi de capitulo nomine, & vice ipsius capituli promiserunt prædicto procuratori recipienti suo nomine, & nomine aliorum fratrum, qui fuerint in Ecclesia sancti Syli pro temporibus, & nomine ejusdem Ecclesie sancti Syli ad . . . . . manutene-  
 20 defendere semper sicut alias Ecclesias Alexandriae, prædictam Ecclesiam sancti Syli. Et fratres ibidem semper pro temporibus commorantes, & bona ipsorum, & ipsius Ecclesie. Et de prædictis dictus Dominus Archidiaconus, & Cantor, & Canonici nomine, & a parte capituli Alexandrini plures cartas ejusdem tenoris fieri jusserunt, & prædictus frater Dominus Procurator fieri rogavit. Interfuerunt testes Joannes de Plovera, Dominus . . . . . Sabatinus, Bonifacius, Lumbilicus, & frater Anricus Præpositus Humiliatorum, & Bastardus serviens Domini Archidiaconi. Ego Manfredus Lumbilicus Notarius Sacri Palatii, & judiciorum . . . . . hanc cartam tradidi.

(1) *Notæ istæ luxatæ sunt. Illas exhibui, sicut Cl. Chenna ad me transmisit. Delendum quinto.*

(2) *Hic alter error in die mensis occurrit. Dies enim lunæ incidit in XIV. calendas septembris, non XIII., quare unitas, quam omisit scriba, hinc addenda.*

*Fundatio loci Bistagni facta a D. Henrico Episcopo Aquensi.*

213

MCCLIII.

Annno Dominicæ Nativitatis MCCLIII., indictione XI., die Martis decimo octavo novembris in Bistagno. In nomine D. N. J. C., & ad honorem ipsius, & B. M. V. ejus Matris, in cujus nomine Aquensis Ecclesia est constituta sic incipimus, & facere peroptamus. Dominus Henricus Aquensis Electus volens providere utilitati, & necessitati dilectorum suorum hominum de Bestagno tum propter

gravedinem ascensus castri, tum propter diversitatem, distantiam domorum villerii dicti loci, congregati in unum more solito per campanam, & per portinarium, consulibus scilicet Marengo, Antermo de Serra, & Nicolao Zolla, ac consiliariis videlicet Uberto Coluto, Arnaldo Scriba, Henrico Ferrario ec. cum aliis N. 25. in totum, atque quamplurimis de potentioribus, & melioribus dicti loci, scilicet Roduto de Mœano, Anfermo Mascaro, Manfredo Malarotta ec. cum aliis N. 40. ita ut infra legitur de consensu, & voluntate omnium prædictorum in totum voluit, statuit, & ordinavit, quod castrum Bistagni cum re integra, & jurisdictione plena, & burgum, & villam, videlicet omnes domus existentes in eis permutentur, & transferantur super roccam fluminis Burmiæ, videlicet super vadum de Paliolis, ubi locus est etiam designatus, & quod universi, & singuli homines de Bestagno continuo ibidem debeant habitare. Hoc pacto expresso inter dictos  
 10 homines, & dictum Dominum Electum quod ipsi homines teneantur, & debeant respondere eidem Domino Electo, & successoribus de omni cortili, & universa jurisdictione, sicut in bannis, fodris, conditionibus, causis, sive placitis omnibus tam criminalibus, quam pecuniariis, in redditibus dicitis fodris, exercitiis, juribus, successioneibus, equis, passagiis, angariis, perangariis, gavitiis, spaldis, fossis, clausuris, & muris castri, & burgi, piscationibus, venationibus, & generaliter in omnibus universis, & singulis rebus, sicut tenentur subditi Domino suo eodem modo sicut in castro præfenti de Bestagno, & in Burgo, & villeriis dicti loci jam dicto Domino Electo ad præfens facere debent, vel alicui prædecessori suo facere consueverant in juvando, nec nocendo alicui, qui in dicto loco facturo habuerit ædificium super allodio, vel super mansura, seu super feudo in respondendo tantum; & unusquisque sit, & permaneat in eo statu, sicut olim esse rationaliter consuevit, contententes omnes homines supradicti quod totus cortilis, & universa jurisdictio dicti loci designati desuper roccha de Palliolo pertinet immediate Domino Episcopo Aquensi, & jam dicto Domino Electo per Ecclesiam Aquensem, & quod habitantes in dicto loco facturo debebunt de plena jurisdictione, & de toto cortili prædicto Domino Electo, & omnibus successoribus ejus in integro respondere, sicut modo de loco Bestagni faciunt, & facere debent dicto Domino Electo, & olim alicui prædecessori suo facere consueverunt; item con-  
 30 venerunt prædicti homines jam dicto Domino Electo, quod nemo debeat ædificium, in quo videatur esse forcia, vel defensio, construere sine licentia dicti Domini Electi, seu successorum suorum, vel alicujus ipsorum; item sedimina dicti loci non debeant assignari nisi per licentiam memorati. Item quod nullus foricanus debeat recipi in dicto loco facturo de novo. Nemo habeat furnum, nisi Dominus Electus Aquensis, qui debeat habere ex eo furnaticum competenter, & statuit ut supra dictum est. Universi, & singuli homines supradictum convenerunt, & promiserunt dicto Domino Electo Aquensi, nomine Aquensis Ecclesie, & omnium aliorum suc-